

Chiesa S. Emiliano  
**Concerto di Canto Gregoriano**  
**In occasione dell'800° Anniversario**  
**della erezione a borgofranco**  
**di Villanova Monferrato**



Coro di Canto Gregoriano S. Emiliano  
di Villanova Monferrato  
direttore M° Giovanni Parisone

Sabato 28 giugno ore 21

**Kyrie**  
(Missa *Cum iubilo*)

Kyrie eleison  
Christe eleison  
Kyrie eleison

**Gloria**  
(Missa *Fons bonitatis*)

Gloria in excelsis Deo.  
Et in terra pax hominibus bona voluntatis.  
Laudamus te.  
Benedicimus te.  
Adoramus te.  
Glorificamus te.  
Gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam.  
Domine Deus, Rex caelestis, Deus Pater omnipotens.  
Domine Fili unigenite Jesu Christe.  
Domine Deus, Agnus Dei, Filius Patris.  
Qui tollis peccata mundi, miserere nobis.  
Qui tollis peccata mundi, suscipe deprecationem nostram.  
Qui sedes ad dexteram Patris, miserere nobis.  
Quoniam tu solus sanctus.  
Tu solus Dominus.  
Tu solus Altissimus, Jesu Christe.  
Cum Sancto Spiritu in gloria Dei Patris.  
Amen.

**Sanctus**  
(Missa *De Angelis*)

Sanctus, Sanctus, Sanctus  
Dominus Deus Sabaoth.  
Pleni sunt caeli et terra gloria tua.  
Hosanna in excelsis.  
Benedictus qui venit in nomine Domini.  
Hosanna in excelsis.

**Agnus Dei**  
(Missa *Cunctipotens Genitor Deus*)

Agnus Dei,  
qui tollis peccata mundi: miserere nobis.

Agnus Dei,  
qui tollis peccata mundi: miserere nobis.

Agnus Dei,  
qui tollis peccata mundi: dona nobis pacem.



## **Mole gravati criminum**

Mole gravati criminum,  
ad te, regina caelitum,  
confugientes, poscimus  
nostris ut adsis precibus.

Aeternae vitae ianua,  
aurem nobis accomoda,  
per quam spes vitae rediit,  
quam Eva peccans abstulit.

Tu princeps, mater principis,  
vitam deposce famulis,  
et paenitendi spatia  
nobis indulgens impetra.

Orante te, sanctissima,  
sanctorum orant agmina;  
tuis, regina, precibus,  
concilietur Dominus.

Regnatrix mater omnium,  
vota comple fidelium,  
ac vitam nos post fragilem  
ad veram perduc requiem.

Sit laus Patri cum Filio  
et Spiritu Paraclito,  
qui te prae cunctis caelica  
exornaverunt gloria.

## Laudes crucis attollamus

(Ugo il Primate, Arcidiacono di Orleans)

Laudes crucis attollamus nos, qui crucis exultamus, speciali gloria.

Dulce melos tangat caelos,

dulce lignum dulci dignum credimus melodiam.

Voci vita non discordet;

dum vox vitam non remordet, dulcis est symphonia.

Servi erucis crucem laudem,

qui per crucem sibi gaudent, vitae dari munera;

dicant omnes et dicant singuli:

ave salus totius saeculi, arbos salutifera.

O, quam felix, quam praeclara fuit haec salutis ara rubens agni sanguine,

agni sine macula, qui mundavit saecula ab antiquo crimine.

Haec est scala peccatorum, per quam Christus,

rex caelorum, ad se traxit omnia;

Forma cuius hoc ostendit quae terrarum

comprehendit quatuor confinia.

Non sunt nova sacramenta,

nec recenter est inventa crucis haec re ligio:

Ipsa dulces aquas fecit, per hanc siles aquas icti Moysi officio.

Nulla salus est in domo, nisi cruce munit homo, super liminaria,

Neque sensit gladium, nec amisit filium quis - quis fecit talia.

Ligna legens in Sarepta spem salutis est adepta pauper muliercula.

Signe lignis fidei nec lecytus olei valet nec farinula.

Roma naves universas in profundum

vidit mersas una cum Massentio.

Fusi Thraces caesi Persae, sed et partis

dux adversae victus ab Heraclio.

In scripturis sub figuris ista latent,

sed iam patent crucis beneficia.

Reges credunt, hostes cedunt;

sola cruce Christo duce unus fugat milia.

Ista suos fortiores semper facit et victores;

morbos sanat et languores reprimit demonia.

Dat captivis libertatem, vitae confert novitatem,

ad antiquam dignitatem crux reduxit omnia.

Crux lignum triumphale, mundi vera salus,

vale, inter ligna nullum tale fronde, flore, germine.

Medicina christiana, salva sanos, aegros sana;

quod non valet vis humana, fit in tuo nomine.

Assistentes crucis laudi, consecrator crucis, audi atque  
servos tuae crucis post hanc vitam verae lucis, transfer ad palatia.

Quos tormento vis servire, fac tormenta non sentire, sed,

cum dies erit iras, nobis confer et largiora compiterna gaudia.

## **Quem queritis?**

*Tropo drammatico avanti l'introito di Natale*

(TRATTO DALLO SCRIPTORIUM DI BOBBIO)

Quem queritis in presepe pastores dicite?

Salvatorem Christum Dominum. Infantem pannis  
involutum secundum sermonem angelicum.

Adest hic parvulus cum Maria matre sua  
de qua dudum vaticinando Isaias dixerat propheta:

<<Ecce Virgo concipiet et pariet filium>>

Et nunc euntes dicite quia natus est.

Alleluia, alleluia.

Iam vere scimus Christum natum in terris de quo  
canite omnes cum propheta dicentes:

Puer natus est nobis, et filius datus est nobis:  
cuius imperium super humerum eius:  
et vocabitur nomen eius, magni consilii Angelus.

Ps. *Cantate Domino canticum novum:*  
*quia mirabilia fecit.*

Gloria Patri et Filio, et Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio, et nunc,  
et semper et in saecula saeculorum. Amen.

Gloria tibi Christe gloria tibi sancte,  
gloria tibi Domine, quia venisti omne  
genus liberare omnes gaudentes dicite.

Puer natus...Maria

Quem nasci mundo docuere ex ordine vates.

Puer natus est nobis, et filius datus est nobis.

Visceribus sacris gessit mater opima.

Cuius imperium super humerum eius.

Et diadema cluens capit is in vertice candet.

Et vocabitur nomen eius, magni consilii Angelus.

Dal Codice LXIV  
Archivio Capitolare Metropolitano  
di Vercelli (Sec. XII)

*Antifone del Santorale Vercellese*

Adest namque beati Eusebii preclara festivitas qui  
serpentis astutias venenosa fallatia diaboli  
vincens Christi testis esse meruit hodie vero  
sanctam animam Deo reddens celestem gloriam cum  
sanctis angelis percipit. (Magnificat)

Nobili ortus ex progenie sardorum Romam  
petiit ibique nobilio et piissimus factus est  
nomine beatus Eusebius. (Beatus vir)

Con gaudebat populus beatum Eusebium meritis et  
dictis virum Deo dignissimum. (Cum invocarem)

O beatum et gloriosum antistitem Emilianum  
qui flore meriti et documentum fidei sanctam  
illustravit et ecclesiam qui suis meritis  
mundet nostris acriminibus. (Benedictus).





ECCLISIA HOC DILEXIT

adiuuandum me festinare.

adiuuandum me festinare.